

regni nostri Sclauonie nostre extitit Cels et Jobagiones propter illegitimas mardurinarum dicationes et exactiones, ac intollerabiles, inconsuetosque et indebitos descensus et varias calumpniarum impositiones, horrendas etiam et inauditas patraciones ac iniustorum birsagiorum exactiones panibus, pullis et cera extorsione, quas Annis singulis uestri in dicatione et exactione mardurinarum temporibus condam Serenissimi Patris et Soceri nostri carissimi domini misericorditer super quibus querulose porrexissent, et taliter iam paupertatis oneribus essent oppressi persistere possent debet Domini per huiusmodi depauperationem suorum Jobagionum, et etiam per calumpniasas inuocatione mediante desuper Maiestati; propter quod nostro culmini humiliter supplicarunt, vt dignaremur per opportuna remedia prouidere, ne dicator ... pro tempore constituti premissa et premissorum aliquod contra et supra consuetudinem eorundem ab antiquo obseruatam possent aut valerent facere, vel quouis huiusmodi iniustas et insolitas exactiones et vexationes permittere introduci et (in) consuetudinem trahi, quarum grauedines (sic) streme pauperum clamoribus eiulatissimis penetraretur celum, et deus, qui cunctorum adiutor et releuator oppressorum flectere ad faciend debitam vltiorem, nobisque nutu diuino regno prefato presidentibus, et vobis, qui nostras in eodem regno vices geritis, non gloria, nec vtilitas, nec honoris tantummodo culpe omnigena accumulatio esset, exinde, nisi remediaretur, indubitanter prouentura, cum nulla possit subsistere ignorantie excusatio, aut Magnificus Nicolaus de Gara, regni nostri Hungarie predicti Palatinus, viuuntque et alii, a quibus certitudinaliter de consuetudine in premissis prelibati regni Sclauonie litteratorie, aut vocaliter edoceri poteritis, qui honore Banatus memorati regni nostri Sclauonie functi in premissis et circa premissa omnia nec per se, nec mardurinarum dicatores vlllo tempore limites equitatis et consuetudinis dicti regni nostri Sclauonie fuere transgressi. Quorum reuera temporibus nulla super talibus nostre clementie aures fatigauit. Cum autem nostre et vestre indicet etas vite, nos proximiores iuuenibus fore debitum soluere nature, minus ergo nobis et vobis e iuuenibus liceat vltionem super nos iustissimi dei prouocare. Sed conuenit ex debito in omnibus equitatem obseruare. Quapropter vestre fidelitatis grati hortamur affectibus, atque eidem regio sub edicto serius precipimus, quatenus statim receptis presentibus, in et super omnibus premissis prescripto domino alis, si qui nunc premissorum notitiam habent, informatione habita, pretermis aliis vestris agendis, personaliter ad id vocare, et assumptis ad vos nobilibus oribus ipsius regni nostri Sclauonie, fide et probitate laudabiliter famatis, disponatis et omnino ordinetis fiat dicatio et exactio mard... nec non et descensuum ac victualium, presertim auene, panum, pullorum et cere dacio secundum antiquam et limitatam consuetudinem ab antiq quondam Regis Ludouici in talibus obseruatam, et ita fixam in premissis et circa premissa ordinationem, dispositionem et limitationem faciat liter quoad auenam, panem, pullos et ceram, vt successu temporis nec nos aut nostros successores, nec etiam vos at de necessitate in his subire labores. Quoniam nolumus, vt per detrimenta nostre anime et secus ergo nullatenus facere presumatis in premissis etiam post earum prima post festum purificationis Beate Marie Virginis gloriose Anno Domini Millesimo quadringen-